

Et licet telauares lixiuio, & multum smigmati adplicares, tamen vitia tua magis coram me coruscant, ait Dominus, Dominus.

Et annus iterum transiebat, in quor tamen specularando, diligentissimaq; inquisitione pannum subductitium istum remouere haud poteram, donec tandem, ad abigendas cogitationes Melancholicas, in hortum aliquem exspaciarem: post longam denique deambulationem, super lapidem siliceum confidebam, quo in profundo somno corripiebar. Dormiebam equidem oculis, cor tamen meum vigilabat. Tunc rursus centum annorum Magistra illa aulica mihi adparebat, & aiebat: An filiae meae haereditatem relictam adeptus es? Tristi voce tum ego negando respondebam: Cistulam equidem inueni, verum pannum subductitium remouere omnino nequeo, lixiuuium, à me tibi traditum, subductitium istum pannum tangere nequit. Ad istum simplicem meum sermonem ridere incipiebat vetula ista, & aiebat: An tu nunc cochleas, vel caneros cum testis deuorare niteris? An non prius à vetustissimo planetarum coquo maturari, & praeparari illos oportet? Dixi tibi, quod canam istam cistulam, cum donodato lixiuio, ex illa orto, summo studio, non autem externum crudumque istum pannum subductitium purificare, sed illum prius cum sapientum igne comburere necessum habeas, & tunc res prospere succedet: & ad haec quasdam prunas mihi tradebat, candido semiserico obuolutas, vltiore cum informatione, vt ex iisdem Philosophicum, & omnino artificiosum, ignem excitare, & pannum subductitium comburere debeam, atque tunc illico cana cistula mihi reperienda foret.

ret.